

www.e-rara.ch

Lexicon medicum graeco-latinum

Stupanus, Emmanuel

Basileae, 1639

Kantonsbibliothek Graubünden

Shelf Mark: KBG Bn 35 (1)

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-99875>

G.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

partes. lib. de anat. viv. & de ratione cur. per sang. cap. 16.

Fungos, vocant crassas palpebrarum eminentias, item ex capitis vulneribus quæ nascuntur, *παχέματα σαρκώδη*. Gal. com. 3. in 3. de morb. vulg. 49.

Furcula superior, & inferior. Vide Claves.

Furfuratio, quæ & furfur, & *πιτύρα* appellatur, est, cum quibusdam se scalpentibus furfuribus similia, ex capitis cute decidunt, à vitiatæ succis nutriticiis provenientia. 1. de compos. med. loc. 6. ubi affectus hic Pityriasis dicitur.

Furor. Vide Melancholia.

Furor *ἐρωτικός*, amatorius, qui ex amore fit; perinde atq; is, qui ex Musis, *πρωτεῖνός* dicitur.

Furunculi, Dothienes, *δοθίλει* Græcis dicti, tumores sunt præter naturam, ex genere phlegmonum, ex similibus humoribus, quibus & Vari geniti, exerentes sese per universum corpus. Duplices sunt, aliqui, ut ita dixerim, variosi, duri, & ægrè concoctiles; aliqui inflammatorii, adnexas habent febres, ubi tumor in magnitudinem excrescit, & in pus transmutatur. 5. de compos. med. loc. c. 7. Estq; furunculus mitis quidem, cum in ipsa sola cute constituitur; malignus verò, cum altè exoritur, Phymati, i. e. tuberculo similis, à quo solà duritie differt. 1. de tumorib. c. 15.

Fusaneus morbus est, qui omni loco & tempore fit. Gal. lib. finit. med.

G

GALIANCONAS. Vide Ancos.

Ganglia, *γάγγλιον*, Avicen. & Paulus vocant glandulas, apostemata sunt glādulosa, sicut avellana, & nux accidunt, super manus & frontem, compressa digitos effugiunt, & mox redeunt, & aliquando multiplicantur, quandoq; impositione, & forti alligatione lamina plumbea

tibia venter, (ut anterior tibiæ pars carnis expers, dicitur Anticnemion, ἀντινέμιον,) Græcè γαστρονέμιον καὶ γαστρονέμια, Sura appellatur. lib. de muscul. diss. cap. 32. & 2. de anat. adm. cap. 4. Vide Sura.

Gastrophia, i.e. abdominis futura. 5. de anat. adm. cap. 6.

Gemelli. Vide Nates Cerebri.

Genæ, aliàs Malæ, γένυς, faciei pars sunt, quæ inter nasum & aures sitæ sunt, quæ benè coloratis & ingenuis, pudore suffusis, rubent. lib. Introd. cap. 10.

Genion. Vide Mentum. lib. de muscul. dissect. cap. 2. Vide Mentum.

Genitalis meatus, quem varicosum assistentem vocant, maxima illa via est, quæ genituram, à testibus haustam, ad Colis radicem defert. 1. de semin. cap. 15.

Genituram appellat Hippoc. illud, quod in abortu reiectum, vel dissecto utero exiens, seminis speciem repræsentat, non autem animal constitutum; id quod primis duobus mensibus solet accidere, quo tempore neq; fœtum, neq; embryon vocat, sed genituram. 1. de sem. cap. 9. Genituram etiam aliquando appellat, membra genitalia, & in seminis quidem uterum, in maribus verò, seminaria vasa quæ nuncupantur. 3. de art. 41. Vide Cyema. Frequentius autem genitura sumitur, pro semine recenter emissio, vel in suis vasis adhuc contento, Græcè γόνυ. Hipp. lib. de natura pueri.

Genu, Græcè γόνυ, est femoris & tibiæ dearticulatio, & artificiosissima connexio, & talis quidem, in quâ sinus quidam prominens, alterius caput excipit, quod anteriori parte, quò firmitus fieret, rotulâ, seu patellâ munivit, quam ὀφλῶν, & ἐμφορτίδα vocant, quæ prohibet, ne femur cur-

varis, aut per declivia currentibus loco excidat, & dilabatur. lib. de ossib. cap. 21. 22. & lib. Introd. cap. 10.

Gerocomica, γερωνικὴ, est ea Medicina pars, quæ senes regit, iisdemq; convenientem vitæ ac victus rationem præscribit: de part. art. medic. cap. 5. De qua incertum, an ad γηενλὸν, an ad θεραπείαν γηενλὸν pertineat, cum senum corpus, neutrum sit, plures tamen eam salubris Medicinæ partem esse statuunt.

Gibba Hepatis. Vide Sima.

Gibborositas, quæ Græcis νύμφωσις dicitur, est distortio spinæ, in posteriorem partem. 3. de artic. 2. Vide Cyphosis, & Incurvatio.

Gibbus est, ubi inter distractas vertebrae, vel una, vel plures illasæ permanserint; fit, ubi unica duntaxat vertebra, aut etiam duæ, aut tres, sese deinceps consequentes distrahuntur, eâ parte, quatenus spinam cavari contingit. 4. de loc. aff. 5.

Gilva emplastra. Vide Dichroma.

Gingivæ, ἑλæ, carnes sunt, quæ sunt circa dentes, 9. de usu part. cap. 15. ubi primum è locellis suis, & alveolis emergunt. 5. de compos. med. loc. cap. 8.

Ginglymos, species est Diarthroseos, quâ ossa, sese invicem ingredientia, conjunguntur, ita ut unum idemq; os excipiat simul & excipiatur: sic ergo connectuntur, E. G. ut vertebrae, inter se, ac cubitus, humerusq; colligantur. lib. de ossib. in præm.

Glabricies. Vide Madarosis.

Glacialis humor. Vide CrySTALLINUS.

Glandium. Vide Thymus.

Glans, est finis, & extrema totius Colis pars; cutis, quæ eam vestit, præputium dicitur. 5. meth. cap. 13. Quanquam

Aristo-

Aristoteles 1. de hist. animal. cap. 13. dicat, cutem, quæ Glandem integit, carere nomine, & totum, quod ex ea cute, glandeq³ constat, præputium appellat. Dicitur alio significato etiam glans, suppositorium, quod clysteris loco sedi inditur. 6. de compos. med. loc. cap. 3.

Glandula, corpus quoddam carniforme est, laxum & fungosum. Glandula (inquit Gal.) utiq³ velut cunei quidam, vasorum divisionibus incumbentes, fulcimentum ipsis suggerunt, ut à nullo violento casu afficiantur. 4. de usu part. cap. 20. Glandulam etiam suppositorium vocat, com. 2. in 1. prorrh. 6. Glandulam etiam Thymum dicunt, 3. de aliment. facult. cap. 6. Sunt autem propriè sic dictæ glandulae, (quas Adenes vocant,) imbecilliores corporis partes, ad quas valentiores corporis partes, supervacua & sibi tùm quantitate, tùm qualitate adversâ transmittunt; quippè valentius est arteriarum, venarum, nervorum, musculorum robur; imbecillius autem, aut prorsus nullum, quàm corporum glandulosorum natura. 13. meth. 5.

Glandulae laryngis, sunt corpora laxiora, & fungosiora cæteris glandulis, laryngi utrinq³ adjacentes, factæ à natura, ut partes omnes, quæ tùm ad laryngem, tùm ad fauces pertinent, humore ad ipsas largiter decumbente perfunderent. 7. de usu part. cap. 17.

Glandulosi assistentes, vel astites, vel parastatæ, vasorum seminariorū plexus, seu flexus variciformis, plexus Capreolaris, & Hæderarius, 1. de sem. cap. 12. homonyma sunt, significantia duo vasa, venam scilicet, eiq³ subjacentem arteriam, flexus multos numero æquales, instar capreolorum quorundam, variè complexorum efficientia, quo in implexu, sanguis & spiritus, qui ad

testes feruntur, diutissimè coquuntur, ipsumq³ semen elaboratur, iidem flexus postremi in testes terminantur, qui testes, laxi & cavernosi, chymum, qui in vasis incepit concoqui, excipientes, exactius percoquunt, & perfectam seminis formam ubi adeptus est, id ipsum per aliud vas, quod ad pudendum porrigitur, semen ejaculantur: quod vas spermaticum maribus latum & longum, fœminis angustum & breve natura concessit. 14. de usu part. 10. & 11. Varicosum assistentem vulgus Vasa deferentia appellat, uti vasa sese priora, præparantia. l. 1. de semin. c. 15.

Glandulosa corpora, primus Herophilus, αλευοειδεις προστάτας, quasi glandulosos præfides, aut prostates appellavit: sunt illa, utrâq³ parte colli vesicæ, locata; in iisdem humor quidam, spermatis similis, crassus, viscosus, verum longè tenuior continetur, qui in coitu simul unâ cum semine elabatur, reliquo autem tempore omni paulatim congeritur: cujus usus est, ut ad Venereum coitum excitet, & in coitu delectet; deniq³, ut ad instar olei meatum urinarium humectet, & inungat adversus urinæ rosionem, & ne exsiccatus confideat, prohibeatq³, quod minùs per se lotium ac semen facile feratur; in masculis glandes hæ (aliàs vesiculæ seminariæ dictæ) notabilis magnitudinis sunt. 14. de usu part. & 1. de semin.

Glaucosis, γλαύνωσις, Glaucedo, est oculorum affectus, ex immodica siccitate, vel concretionem humoris crystallini, vel ex largiori ejus evacuatione (quæ in compunctionibus accidit) progigni solitus, cæcitatem præ omnibus aliis, qui oculis accidunt, morbis maximè inferens. 10. de usu part. cap. 6. Glaucoma verò (γλαύνωμα) est naturalium humorum, in glaucum colorem mutatio. lib. finit. med. Diciturq³ id oculi vitium, quod ortâ suffusione, ex humo-

humore circa pupillam valdè concreto, & resiccato contrahitur, & oritur: undè Glaucedo à siccitate est, ut Glaucoma ab humiditate: & propterea Gal. 3. aph. 31. dicit, Glaucoma speciem esse $\chi\omicron\chi\upsilon\mu\alpha\varsigma$, i.e. Suffusionis; non tamen docet esse eundem morbum: differt enim suffusio, tum à Glaucedine, tum à Glaucomate; quòd suffusio extranei humoris, & aliundè influentis concretio; glaucedo verò ipsius humoris crystallini est densatio, & resiccatio. Nec omnes suffusiones tanta sunt, ut toti pupilla prætendantur, & visum ex toto adimant; Glaucoma verò crystallini universi est, atq; siccitas, per ipsum totum ex aquo diffusa, & ex siccitate concretio. Ad-hac, pleraque suffusiones curationem recipiunt, cum tamen nullum glaucoma curetur: uti nullus alius morbus, ab immodica siccitate proveniens, facile & plenè curatur.

Glaucedo. Vide Glaucosis.

Glaucoma. Vide Glaucosis.

Glene est, quod in superficie extremi ossis, tum capitum, tum sinuum, situm est, ab ocularis sinus similitudine sic dicta. lib. de ossib. in proœm. Vide Articulus.

Glenoides, sunt duo sinus leniter cavi, in inferiore summa vertebræ parte, (quos ab ocularis sinus similitudine sic appellant) similes superioribus: quanquam sinus superiores, (cum caput ipsum excipiant) non abs re sunt majores; infra verò minores sunt, qui vertebram secundam admittunt. lib. de ossib. cap. 8.

Glossocomion, aut Glottocomion, machina quædam est, in qua extenduntur & vinciuntur fracta membra laqueis, ad justam eorundè distentionem. 7. de usu part. c. 14.

Glutia, Græcis $\gamma\lambda\upsilon\tau\iota\alpha$, i.e. parvæ nates Cerebri, sunt tenues ac pralongæ Cerebri eminentiæ, ex utraq; parte

illius meatus, qui spiritum ex medio Cerebri ventriculo, in Parencephalidis ventriculum transmittit, quarum concursus, hominum conjunctis inter se femoribus, sive natibus, rectissimè comparaveris. Sunt autem, qui Didymis, h.e. testiculis, ea assimilantes, malunt vocare Didymia, sive testes; quæ verò his proxima, glutia. 9. de usu part. cap. 14.

Glutinatorium medicamentum, quod & sanguinariū, cruentis opitulans, & enæmon dicitur, est, quod vulneris oras committere & glutinare molitur. 3. de compos. med. per gen. cap. 2.

Gluton, h.e. Natem, appellant alterum ex duobus processibus cervicis, ossis femoris, qui major, & exterior, & gibbus est. lib. de ossib. cap. 21. Vide Femur.

Glycea medicamenta sunt, quæ vel purgant, & vel acres humores indulcant quasi & alterant. lib. de Dynamid. in proëm.

Gnaton. Vide Erhmyodes platysma.

Gomphos, Latinis Clavus, affectus oculi est, in quo pupilla egrediens, pelliculas Uveæ, superficie-tenus operit; undè ejus forma fit quasi clavus. lib. de ocul. cap. 11. Vide Clavus.

Gomphosis, Synarthroseos species est, cum ad instar clavi, os, ossi, infigitur: vel cum os unum, alteri penitus est infixum, ita ut ne tantillum quidem (veluti dentes suis alveolis) moveatur. lib. de ossib. in proëm.

Gonorrhœa, est seminis invita & assidua excretio cole non extenso. Gonorrhœæ autem nomen planè compositum est, ἀπὸ τῆς πέρας γόνιμα, quasi seminis genitilis fluor, ob imbecillitatem retentricem continentium ipsum corpus. 6. de loc. aff. 6.

Gracilis sive tenuis pulsus est, in quo longitudinis dimensio,

dimensio, quodammodò duabus reliquis dimensionibus præstat; in quo autem duæ reliquæ superant longitudinem, pulsus huiusmodi turgidus, sive crassus appellatur. 1. de differ. puls. cap. 5.

Grando, est tumor crassus, in partibus interioribus palpebrarum coagulatus, grandini haud ab similis. 1. de ocul. c. 9.

Graphioides, aut Belenoides processus, graphio, seu stylo, & acui similes, eamq; ob rem styloides dicuntur, à columnæ specie, quæ partibus huiusmodi sese offert, tenues ossium capitis processus appellantur. 10. de usu part. cap. 4. Præterea, Graphioides & styloides processus, est cubiti processus, quem è directo parvi digiti porrectum, à graphii seu styli modo, Græci dissectores sic vocant. 1. de anat. adm. cap. 10.

Gravativus dolor. Vide Dolor tristis.

Gravedo, sive Coryza, est tenuis & incoctus humor, qui per nares secernitur. 2. progn. 49. Hunc Gal. docet non esse pituitæ speciem, ut quidam falsò asserunt, sed excrementum, à Cerebro destillans, tenue, aut crassum, quod tum in senibus, tum iis, qui ratione quavis sunt perfrigerati, plurimum acervatur. 2. de natural. fac. c. 9. Vide Coryza.

Graveolentia. Vide Beneolentia.

Gravis, seu gravativus dolor. Vide Dolor tristis.

Gressuram, γλῆχάλα, vocat Hippocr. totum id, quod inter inguina utriusque cruris est, cujus mediam partem αἰνῶναιον nuncupat, Latinis interfemineum, eò quòd duobus feminibus interjacet. Est intestinum, seu intercapedo, quæ ab exortu pudendi, usq; ad anum pertingit, ubi etiam vesicæ collum collocatum est. 4. de artic. 45.

Grumus, Græcè θρόμβος, est concretus sanguis. lib. de atrabil. cap. 2. & lib. de tumor. cap. 2.

Gui-

Guidez venæ. *Vide* Apoplectica.

Gula. *Vide* Oesophagus.

Gurgulion. *Vide* Staphyle, & Gargareon.

Guttur. *Vide* Larynx.

Gutturiferos, i.e. ἐξ ἐχθρόν, quasi gutture milos, vocat Hippocr. eos, qui prominentia in anteriorem partem guttura habent; guttur enim (Græcis βρόγχον) vel totam asperam arteriā nominat, vel fauces tantum 3. de artic. 8.

Gynæciæ, διαβέσεις, i.e. mulierum passiones. lib. de Gynæciis.

Gynæcomaston, i.e. muliebris mammae, & subiecta addit æq. mammis pinguedinis, auctio est, præter naturam. lib. finit. med. Γυναικομαστόν, muliebrium mammarum summum incrementum; τὰ δὲ γυναικεία, muliebria sunt & menstrua mulierum purgationes.

H

HABITUS, est partium nostri corporis structura, constitutio, & compositio: quæ ratione dicimus, Huius corpus esse habitus solidi, compacti, rari, cuius ratione etiā corpus rarum facile evaporatur. & syncopen incurrit, habitus verò densiores in morbis cunctatè diutiusq. laborant. 2. de rat. vict. 47. Præterea, Habitus nomen usurpamus, de omni re, quæ cōstans est, & agrè amovetur: undè & sanitatem bonam habitudinem dicimus. lib. de bona habitudine. & 4. de rat. vict. 25.

Hæderarius flexus. *Vide* Glandulosi asistentes.

Hæmalopa, est cruenta suffusio, ad plagas oculi illatas oboriri solita, 4. de compos. med. loc. cap. 8. & proinflammatio in oculis, ex plaga aut ictu, aut effusio, sub contusum locum, sanguine. Undè Archigenes dicebat, Hæmalopa idem malum esse cum Hyposphagmate, nec in oculis